

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Lüderi Menckenii, IC. Facult. Iurid. Lipsiensis Ordinarii
Tractatio Synoptica Institutionum Iuris Iustinianearum
Theoretico-Practica**

Mencke, Lüder

Lipsiae, MDCCXXXV

VD18 11839880

Tit. XIII. De Exceptionibus.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18253

V. *Actionum effectus est intentione Actoris probata condemnatio Rei, non probata absolutio ejus. a. l. i. ff. d. rejud. l. 4. C. d. edend.* Nihilominus Absolutio etiam tum potest fieri, quando Reus Actori ante sententiam definitivam satisfecit. §. II. *J. b.* id quod ad Crimina graviora: ut publica, non est extendendum, quia, Accusatore desistente, Magistratui superest Inquirendi Puniendique licentia. *a. l. 5. §. f. ff. ad L. Jul. d. vi publ. l. 13. ff. d. Offic. Praef.*

TIT. XIII.

De Exceptionibus.

Continuatio. Ratio exceptionum.

Sequitur, ut de exceptionibus dispiciamus. Comparatae autem sunt exceptiones defendendorum eorum gratia, cum quibus agitur. Saepe enim accidit ut, licet ipsa persecutio, qua actor experitur, justa sit; tamen iniqua sit adversus eum, cum quo agitur.

Exempla. Quod metus causa, doli, in factum.

1. Verbi gratia, si metu coactus, aut dolo inductus, aut errore lapsus, stipulanti Titio promisisti, quod non debueras promittere: palam est, Jure Civili te obligatum esse, & actio, qua intenditur, dare te oportere, efficax est: sed iniquum est, te condemnari. Ideoque datur tibi exceptio, quod metus causa, aut doli mali, aut in factum composita, ad impugnandam actionem.

De non numerata pecunia.

2. Idem juris est, si quis quasi credendi causa peram vindictam competentes neque dantur heredibus neque adversus heredes. §. I. *J. b. L. 7. C. d. revoc. Don. cuniam*

cuniam a te stipulatus fuerit, neque numeraverit. Nam eam pecuniam a te petere posse eum, certum est. Dare enim te oportet, cum ex stipulatione tenearis. Sed, quia iniquum est, eo nomine te condemnari, placet, exceptione non numeratæ pecuniæ te defendi debere. Cujus tempora Nos (secundum ^{* v. tit. 7.} quod jam superioribus libris scriptum est) Consti- ^{de lit. obl.} tutione Nostra coarctavimus.

De pacto.

3. Præterea debitor, si pactus fuerit cum creditore, ne a se peteretur, nihilominus obligatus manet: quia pacto convento obligationes non omnino dissolvuntur. Qua de causa efficax est adversus eum actio, quam actor intendit, *si apparet, eum dare oportere.* Sed quia iniquum est, contra pactiōnem eum condemnari, defenditur per exceptionem pacti conventi.

De Jurejurando.

4. Æque, si debitor, creditore deferente, jura- verit, nihil se dare oportere, adhuc obligatus permanet. Sed, quia iniquum est, de perjurio queri, defenditur per exceptionem jurisjurandi. In iis quoque actionibus, quibus in rem agitur, æque necessariae sunt exceptiones: veluti, si petitore deferente possessor juraverit, eam rem suam esse, & nihilominus petitor eandem rem vindicet. Licet enim verum sit, quod intendit, id est, rem ejus esse; iniquum tamen est, possessorem condemnari.

De re judicata.

5. Item, si in judicio tecum actum fuerit, sive in rem, sive in personam, nihilominus obligatio durat: & ideo ipso jure de eadem re postea adversus te agi potest: sed debes per exceptionem rei judicatæ adjuvari.

De ceteris exceptionibus.

6. Hæc exempli causa retulisse sufficiet. Alioqui, quam ex multis variisque causis exceptiones necessariae sint, ex latioribus Digestorum seu Pandectarum libris intelligi potest.

v. Lib. 44. ff. 2. 1. seq.

Except. sunt vel civiles vel prætoriae.

7. Quarum quaedam ex legibus, vel ex iis, quæ legis vicem obtinent, vel ex ipsius Prætoris jurisdictione substantiam capiunt.

Vel peremptoria vel dilatoria.

8. Appellantur autem exceptiones aliæ perpetuæ & peremptoriæ, aliæ temporales & dilatoriæ.

Ex l. 3. cod.

De peremptoriis.

9. Perpetuæ & peremptoriæ sunt, quæ semper agentibus obstant, & semper rem, de qua agitur, perimunt: qualis est exceptio doli mali, & quod metus causa factum est, & pacti conventi, cum ita convenerit, ne omnino pecunia peteretur.

De dilatoriis.

10. Temporales atque dilatoriæ sunt, quæ ad tempus nocent, & temporis dilationem tribuunt: qualis est pacti conventi, cum ita convenerit, ne intra certum tempus ageretur, veluti intra quinquennium: nam finito eo tempore, non impeditur actor rem exequi. Ergo ii, quibus intra certum tempus agere volentibus objicitur exceptio aut pacti conventi, aut alia similis, differre debent actionem, & post tempus agere. Ideo enim & dilatoriæ istæ exceptiones appellantur. Alioqui, si intra tempus egerint, objectaque fit exceptio; neque eo iudicio quicquam consequerentur propter exceptionem, neque post tempus olim agere poterant, cum temere rem in iudicium deducebant, & consumebant, qua ratione rem amittebant. Hodie autem non

Ex d. l. 3. cod.

non ita stricte hoc procedere volumus; sed eum, qui ante tempus pactionis, vel obligationis, litem inferre ausus sit, Zenonianæ Constitutioni subjacere censemus, quam Sacratissimus Legislator de iis, qui tempore plus petierint, protulit: ut & inducias, quas ipse actor sponte indulserit, vel quas natura actionis continet, si contempserit, in duplum habeant ii, qui talem injuriam passi sint: & post eas finitas non aliter litem suscipiant, nisi omnes expensas litis antea acceperint: ut actores tali pœna perterriti temporali litium doceantur observare.

* Non ex-
tat. v. su-
pra §. 33.
F. d. act.

De dilatoriis ex persona.

II. Præterea etiam ex persona sunt dilatoriæ exceptiones: quales sunt procuratoriæ: veluti, si per militem, aut mulierem agere quis velit. Nam militibus nec pro patre, vel matre, vel uxore, nec ex sacro Rescripto procuratorio nomine experiri conceditur: suis vero negotiis superesse sine offensa militaris disciplinæ possunt. Eas vero exceptiones, quæ olim procuratoribus propter infamiam, vel dantis, vel ipsius procuratoris opponerentur; cum in judiciis frequentari nullo modo perspeximus, conquiescere sancimus: ne, dum de his altercatur, ipsius negotii disceptatio proteletur.

I.

EXceptio stricte sic dicta est Rei adversus Actorem Defensio. PR. J. h. & improprie talis dicitur Exceptio facti sive intentionis. l. 66. ff. d. judic. qua actio nullo Jure competens, sed de facto intentata, removetur: ut solutionis. pr. J. quib. mod. toll. obl. l. 107. ff. d. solut. Proprie vero Exceptio Juris s. Actionis est, qua Actio summo Jure competens per exceptionis aequitatem excluditur. PR. J. h.

Pr. I. h.

Mm 4

II. Ex-

II. *Exceptio dividitur* (1) a *Causa efficiente remota in Civilem*, quæ descendit ex specie ali-
 §. 7. I. h. qua *Juris Civilis*. §. VII. *J. b. l. 1. ff. ad SCtum Maced.* N. 4. c. 1. & *Prætoriam*, quæ descendit ex *Jure Prætorio*. d. §. l. 1. §. 1. ff. d. *dol. mal. & met.*
 (2) A *subjecto inhæſionis in Realem & Personalem*. *Realis* est, quæ *rei coheret* & *fidejussoribus omnibusque quorum interest* competit. l. 7. §. 1. ff. b. §. IV. *J. d. replicat.* e. g. ex pacto debitoris de non petendo. d. §. j. l. 7. §. 1. ff. b. Regulariter *Exceptio est Realis*. l. 19. ff. b. (a) *Personalis* est, quæ *Personæ coheret*, & ad alios regulariter non transit. l. 7. ff. b. ut 1) *Exceptio Competentiæ*, ut salva relinquuntur reo *Alimenta*. d. l. 7. 2) *Exceptio cessionis Bonorum*, quæ non prodest *fidejussori*, quia id actum est inter partes, ut *fidejussor*, principali solvendo non existente, solveret. §. IV. *J. d. Replic.*

III. *Exceptio dividitur* (3) ab *Accidente* 1) *in Liquidam* in *continenti*, cujus *veritas illico ex instrumentis* indubitatis, partis adversæ *Confessione*, vel ex *Actis*, deducitur. P. 1. C. El. 8. l. 3. §. 13. ff. ad exhib. j. O. P. S. t. 11. §. Es wære. Dec. El. 12. §. Im Fall. & *Illiquidam* s. *Altioris Indagini*, cujus *veritas modis probandi tractum temporis requirentibus* deducitur. a. d. l. 3. §. 13. e. g. per *Testes*, *Jurisjurandi delationem*. d. Dec. El. 12. §. Im Fall. 2) *In Temporalem*, quæ per

(a) *Omnes Exceptiones (modo non sint personales) que reo competunt, fidejussori quoque, invito etiam reo, competunt.* L. 19. ff. b.

certum

certum temporis spatium conceditur. §. II. *J. b.* §. 2. *I. h.* l. 14. pr. §. 2. *C. d. non num. pec. & Perpetuam,* quæ naturaliter (non civiliter. pr. *J. d. perp. & temp. act.*) in perpetuum durat. a. l. 5. *J. f. ff. d. dol. mal. & met. exc.*

IV. *Exceptio dividitur* (4) Ab Effectu in *Peremptoriam*, *Zerstörliche Schutz-Rede, & Dilatoriam*. §. VIII. *J. b.* *Peremptoria* est, quæ actionem perimit s. *extinguit*. §. IX. *J. b.* Hac probata Reus ab Actione absolvi debet. a. l. 22. *ff. b. O. P. S. T. ii.* §. nachdem.

V. *Exceptio Peremptoria* esse censetur (1) *exceptio Metus*, quæ est realis, l. 7. §. 1. *ff. d. except. peremptoria*, §. 9. *J. b.* perpetua, in rem scripta, l. 4. §. 33. *ff. d. dol. mal. & met. except.* & datur justo metu compulsio, l. 9. §. 3. *ff. quod met. caus.* eive cujus interest *adversus* quemvis ex metu constituta obligatione *agentem*. l. 4. §. 33. *ff. d. dol. mal. & met. exc.* ad excludendam ejus intentionem. §. I. *J. b.* Atque hæc Usu moderno frequenter usurpatur. (2) *Exceptio Doli* (*specialis* scilicet) quæ est realis, perpetua. §. IX. *J. b.* & datur per dolum malum *decepto*, l. 1. §. 2. *ff. d. dol. mal. & met. exc.* contra eum, qui quid ex negotio valido, l. 36. *ff. d. V. O.* in quo dolum admisit, *postulat*, ejusque successorem ex causa lucrativa. l. 4. §. 27. *ff. d. dol. mal. & met. exc.* ad excludendam ejus intentionem. l. 1. §. 1. *ff. eod.* §. I. *J. b.* Ab hac diversa est *Exceptio doli generalis*, ea enim est realis, & datur illi, a quo *contra æquitatem* quid *petitur*. L. 2. §. 5.

M m 5

L. 12.



L. 12. ff. d. t. (b) adversus Petitorem, qui sciens iniquum petit, ad intentionem ejus excludendam. *l. 2. §. 3. ff. eod. §. 30. J. d. R. D.* (3) *Exceptio in Factum ex Errore*, quæ datur illi, qui per Errorem aliquid, ac si deberet, valide promisit, *j. l. 9. ff. d. contr. b. emt.* contra id exigentem, ad excludendam ejus intentionem. *§. I. J. b. (4) Exceptio non numerata pecunia. §. II. J. b.* de qua actum est ad *§. un. J. d. literar. Obligat. L. 3. T. 22.*

VI. *Exceptio Peremptoria est (5) Exceptio Pacti de Non Petendo*, quæ datur illi, qui pactus est de non petendo adversus petentem contra datam pacto fidem, ad excludendam ejus intentionem. *§. III. J. b. j. §. 9. J. b.* hodie ea dici potest *Exceptio Facti. (6) Exceptio Jurisjurandi*, quæ est realis. *l. 7. §. 1. ff. d. except. l. 7. ff. d. jurej. & datur illi, qui Furavit*, eique cujus interest, *l. 1. §. 2. ff. quar. rer. act. non dat.* adversus eum, qui *Juramentum extra Judicium detulit*, ejusque successores, etiam singulares. *l. 7. l. 8. ff. d. jurej.* ad excludendam ejus intentionem. *l. 28. §. 4. ff.*

§. 4. l. h. eod. §. IV. J. b. Hodie ea *Exceptio infrequens*, non abrogata est. (7) *Exceptio Rei Judicata*, quæ est realis. *l. 7. §. 1. ff. d. except. & datur Reo in judicio absoluto* per validam sententiam, quæ in rem judicatam transiit, *a. L. 25. ff. d. stat. hom. L. 207. ff. d. R. J. (c) adversus Eundem Acto-*

(b) *Dolo facit*, quicumque sciens id, quod quaqua exceptione elidi potest, petit. *L. 2. §. 5. L. 12. ff. d. dol. mal. & met. exc.*

(c) *Res judicata pro veritate accipitur. L. 207. ff. d. R. J. L. 25. ff. d. stat. hom.*

rem

rem Eandem Rem ex Eadem Causa petentem, ad excludendam illius intentionem. §. V. J. b. §. 5. I. h. l. 1. l. 3. l. 12. l. 14. ff. d. except. rei jud. j. O. P. S. T. u. §. Es wären. De reliquis Exceptionibus agitur in Pandectis. §. VI. J. b. §. 6. I. h.

VII. *Jure hodierno Imperii in primo Termino Omnes Exceptiones Peremptoriae proponenda* sunt sub poena præclusionis. R. J. d. A. 1654. §. 37. & isto Jure, nec non Sax. *El. omnes Litis contestationi annectenda* veniunt. O. P. S. T. u. §. Was aber. it. §. Es soll aber. *Probanda sunt Exceptiones Peremptoriae* ab Allegante l. 1. ff. b. post litis contestationem statim, si Reus confiteatur Actionis intentionem & Exceptionem urgeat. l. 9. C. d. *Except.* plerumque vero Intentione Actoris probata, in Reprobatione & Remonstrations, dem Gegenbeweise oder Gegenbescheinigung.

VIII. *Exceptio Dilatoria, Verzügliche Schutz* Rede est, quæ temporis dilationem tribuit. §. X. §. 10. I. h. J. b. Hæc parit Rei absolutionem *ab instantia citationis*, e. g. ob Exceptionem Fori declinatoriam. O. P. S. T. u. §. Wann nun. *Exceptio Dilatoria* est talis vel ratione Causæ vel ratione Processus. *Ratione Causæ* s. *Dilatoria Solutionis*, est *Exceptio Pacti de non petendo intra quinquennium*. §. X. J. b. de Poena plus petitionis tempore dictum est ad §. 33. 34. J. d. act. *Exceptio Dilatoria ratione Processus respicit* vel 1) *Personas*: ut *Exceptio inhabilitatis*, quæ opponitur Procuratori; veluti cum Procuratoris munere in Judicio fungi vult (1) *Fœmina*. §. XI. J. b. L. 18.

§. II. I. h. *L. 18. C. d. Proc. (d)* (2) *Miles*: hic enim ne a militia abstrahatur, *a. l. 31. C. loc.* nec pro Patre nec pro Matre, nec pro Uxore, nec vi Rescripti Principis, Procurator esse potest. *d. l. 7. §. XI. f. b.* sed per Exceptionem Inhabilitatis repellitur. *l. 13. C. d. proc.* idque observandum esse etiam *hodie* putant, atque ita in actu militante pron. F. J. L. M. Jan. 720. *Attamen* Miles Procurator in rem suam (ut cessionarius actionis) esse haud prohibetur. *d. §. l. 9. C. d. Proc. (3) infamis*, quando infamia §. XI. *f. b.* in continenti Liquida est. *fac. can. infames. III. q. 7. hodieque* infames ad Procuratoris officium neque in Camera, *a. Ord. Cam. Part. I. t. 18.* neque in aliis Judiciis admitti solent. 2) *Modum Procedendi* respicit *Exceptio Dilatoria non communicati in eptive Libelli, nondum prestitæ satisfationis pro Reconventionem & Expensis, item Guaranda apud Saxones.*

IX. *Exceptio Dilatoria opponitur & probatur* ante Litis Contestationem. *l. 12. 13. C. b. Jure Imperii* in primo Terminò omnes Dilatoriæ Exceptiones, sub pœna præclusionis, sunt opponendæ. *R. J. d. A. 1654. §. 37. 38. & Jure Sax. El. O. P. S. T. u. pr.* annectenda eventualis litis contestatio, ita ut, ea prætermissa, Reus condemnetur in expensas. *d. t. §. Es hätte. §. Es wären.*

(d) *Alienam suscipere defensionem virile est officium.*
L. 18. C. d. Proc.

TIT. XIV.

De Replicationibus.

De replicatione.

INTERDUM evenit, ut exceptio, quæ prima facie iusta videtur, inique noceat. Quod cum accidit, alia allegatione opus est, adjuvandi actoris gratia, quæ *Replicatio* vocatur: quia per eam replicatur atque resolvitur jus exceptionis. Veluti cum pactus est aliquis cum debitore suo, ne ab eo pecuniam petat, deinde postea in contrarium pacti sunt, id est, ut creditori petere liceat: si creditor agat, & excipiat debitor, ut ita demum condemnetur, si non convenerit, ne eam pecuniam creditor petat, nocet ei exceptio, convenit enim ita. Namque nihilominus hoc verum manet, licet postea in contrarium pacti sint. Sed, quia iniquum est, creditorem excludi, replicatio ei dabitur ex posteriore pacto convento.

De duplicatione.

1. Rursus interdum evenit, ut replicatio, quæ *Ex Ulp. l. 2. §. pen. de except.* prima facie iusta est, inique noceat. Quod cum accidit, alia allegatione opus est, adjuvandi rei gratia, quæ *Duplicatio* vocatur.

De triplicatione.

2. Et, si rursus ea prima facie iusta videatur, sed *Ex d. l. 2. §. pen. de except.* propter aliquam causam actori inique noceat; rursus alia allegatione opus est, qua actor adjuvetur, quæ dicitur *Triplicatio*.

De ceteris exceptionibus.

3. Quarum omnium exceptionum usum interdum ulterius, quam diximus, varietas negotiorum introduxit, quas omnes apertius ex Digestorum latiore volumine facile est cognoscere.

Quæ